



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

10. Parthenij Francici tragicus exitus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

564 Cap. L I. Diuini iudicij equitas, etiam in Phoca Imperatore, esse neglecta, plurima contra rationem acta, quibus vel in ipsa venatione sibi vitæ filum incidere meruerunt?

X.  
S. Greg. Tu-  
ron. hist.  
Franc. lib 3.  
cap. 36. Ba-  
ron. tom. 7.  
An 552, 19,

Luculentum eiusce rei, in magno Satrapa narrat exemplum idem D. Gregorius Turonensis in Parthenij nece, cui regni Francorum à Theodoberto rege cura commissa erat. Sic enim scribit: *Franci, cum Parthenium in odio magno haberent, pro eo, quòd tributa eis antedicti Regis tempore inflixisset: ille verò in periculo se positum cernens, confugium ab urbe facit, & à duobus Episcopis suppliciter exorat, ut eum ad urbem Treuericam deducentes, populi sanientis seditionem suà predicatione comprimerent. Quibus eantibus, nocte dum in stratu suo decumberet, per somnium vocem magnam emisit, dicens: Heu, heu succurrite, qui adestis, & auxilium ferte pereunti. A quo clamore expergefati, qui aderant, interrogabant, quid hoc esset? Respondit ille: Ausanius amicus meus cum Papianilla coniuge, quos olim interfeci, ad iudicium me accersebant, dicentes: veni ad respondendum. Zelo enim ductus ante aliquot annos conjugem innocentem amicumq; peremerat. Igitur accedentibus Episcopis ad antedictam urbem, cum strepentis populi seditionem ferre non possent, eum in Ecclesia abdere voluerunt, scilicet ponentes eum in arca, & desuper sternentes vestimenta, qua erant ad usum Ecclesia. Populus autem ingressus, perscrutatusq; vniuersos Ecclesia angulos, cum nihil reperisset, frendens egrediebatur: Tunc vnus ex suspitione locutus, ait, in Arca, in qua non est inquisitus aduersarius noster. Dicentibus verò custodibus, nihil in ea aliud, nisi ornamenta Ecclesia contineri, illi clamorem postulant, dicentes: Nisi referaueritis velocius, ipsi eam sponte confringemus. Deniq; referatà arca, amotis linteaminibus, inuentum extrahunt plaudentes, atq; dicentes: Tradidit Deus inimicos nostros in manus nostras: Tunc cadentes eum pugnis, spatisq; perurgentes, vinctus post tergum manibus ad columnam lapidibus obruunt. Vixisset diutiùs Parthenius, si rexisset clementiùs.*

Senec. Oed.  
act. 3.

*Qui scepra duro saeuus imperio regit,  
Timet timentes, metus in Authorem redit.*

XI.  
Fr. Petrar-  
cha l. 1. de re-  
med. vtriusq;  
Fortun. dial.  
95.

Legem patitur, quã vititur, qui crudelis est in imperando. Doctè Petrarca scribit, qui talem statum consecutus est, consecutum esse statum ceteri laboris, euentus ambigui, sed vt plurimum infelicitis. *Non te ad historias veteres, inquit, atq; externas mittam: quis*